



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 117. Undecim Cardinales a Paulo V. Pontifice creati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

pulsus est. Hailbrunnerus vero extra con- Sæc. XVII.
 spectum Ducis, sui que Adversarii in A. C. 1615.
 tuto positus, ad tantam prolapsus est
 temeritatem, ut acta ipsa publice, ipsius
 licet Ducis Wolfgangi chirographo fir-
 mata, sublestæ fidei accusaret, editis
 Germano idioma libellis famosis, quo-
 rum unum inscripsit, *vindicias Kellerianæ*
idololatriæ (*), alterum *solidam detectio-*
nem Papatus A catholici. Mox vero mi-
 seri hujus pugilis falsitates, & calum-
 nias confutabat idem Kellerus gemino
 libro, quorum primum inscripsit: *Ex-*
tremam Hailbrunneri unktionem, alterum:
Hailbrunneri animam agentis ultimum su-
dorem.

§. CXVII.

Undecim Cardinales a Paulo V. Pon-
tifice creati.

Hoc item anno Paulus V. summus Ciacon. in
 Pontifex die secunda Decembris in vit. Greg.
 aula Quirinali undecim Prælatos Sacro XIII.
 Purpuratorum Collegio adscripserat,
 quorum tamen decem duntaxat præ-
 fata die promulgabat, unum vero, ut
 vocant, *in pectore* retinebat, quem pri-
 mum

(*) 1. Ablehnung der Kellerischen Delgöke-
 rey: 2. Gründliche Offenbahrung des unkatho-
 lischen Pabstums.

Sæc. XVII. A. C. 1615. mum anno sequenti die undecima Aprilis evulgabat. Ex his primus erat Franciscus Vendraminus patria Venetus, ibidemque Patriarcha, Cardinalis tit. S. Joannis ante portam Latinam. II. Ludovicus Guisus Lotharingus Rhemenfis Archiepiscopus, Presbyter Cardinalis sine titulo. III. Robertus Ubalдинus Florentinus Presbyter Cardinalis tit. S. Matthæi in Merulana. IV. Tiberius Mutus natione Italus, patria Romanus Episcopus Viterbiensis postea Tusculanus ac demum Presbyter Cardinalis tit. S. Priscæ. V. Gabriel Treffius natione Hispanus Cardinalis primum tit. S. Bartholomæi in Insula, postea S. Pancratii. VI. Balthasar Sandoval Hispanus Cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem. VII. Carolus Medices Florentinus Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Dominica. VIII. Vincentius Gonzaga Mantuanus Cardinalis Diaconus. IX. Julius Sabellus patria Romanus primo Diaconus postea Presbyter Cardinalis tit. S. Sabinæ. X. Albertus Ursinus itidem Romanus, Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ in Cosmedin. XI. Melchior Kleffelius Austriacus Cardinalis, hic tamen ad Cæsaris preces nominatus primum a Gregorio XV. titulo S. Mariæ de Pace honoratus est, rubrumque galerum Pragæ eodem die, quo Anna

Anna Bohemæ Regina Rosam auream Sæc. XVII.
 a Papa acceperat, a Dietrichsteinio A. C. 1615.
 Cardinale obtinuit.

§. CXVIII.

Francisci Joyosæ Cardinalis obitus.

Ex eodem Purpuratorum Collegio *Ciacon. in*
 diem vigesimam tertiam Augusti hu- *vit. Greg.*
 jus anni sibi exitialem habuit Franciscus *XIII.*
 Joyosa in Gallia Narbonensi natus. Hic
 pietatem, vitæque innocentiam hære-
 ditario quasi jure possidens, se, sua bo-
 na, totamque vitam nonnisi piis exer-
 citationibus dicabat; adolescens libe-
 ralibus disciplinis, Philosophicis, &
 Theologicis studiis, necnon Jurispru-
 dentia operam dabat, jurisque Cano-
 nici Doctor creatus, Sacrisque Ordini-
 bus initiatus vigesimo tertio ætatis
 anno Narbonensis, postea Tolosanus,
 ac denique Rhemensis Archipræsul no-
 minatur, variis etiam Abbatibus ab Hen-
 rico III. Galliarum Rege decoratus.
 Tandem a Gregorio XIII. Cardinalium
 Collegio adscriptus, Sabinensi, atque
 Ostiensi Ecclesiæ præfuit, Synodumque
 Tolosæ habuit. Postea a Paulo V. Le-
 gatus a Latere in Gallias decretus, Del-
 phinum e sacro Baptismatis fonte su-
 cepit, & Ludovico XIII. Confirmatio-
 nis Sacramentum contulit, illumque
 Rhe-

*Gall. Chri-
 stian. Samm,
 Bentivol.
 in hist.
 mem.*